

104622

Lipold Joan

20-

✓

22

THESES
EX
UNIVERSA THEOLOGIA,
QUAS
IN CAESAREO - REGIA
ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA
SCIENTIARUM
UNIVERSITATE VINDOBONENSI
PRO OBTINENDO
DOCTORIS IN SS. THEOLOGIA
GRADU ACADEMICO
PUBLICE DEFENDENDAS SUSCEPIT

JOANNES LIPOLD

DIOECESIS LAVANTINAe PRESBYTER, CAES.-REGII SUBLIMIORIS PRESBYTERORUM EDUCATIONIS
INSTITUTI AD S. AUGUSTINUM MEMBRUM.

DIE XXV. JUNII MDCCCLXVIII.

1868

VINDOBONAE.

TYPIS ADOLPHI HOLZHAUSEN.

104622

104622



1593/1951

AMPLISSIMIS HONORIBUS

C E L S I S S I M I E T R E V E R E N D I S S I M I

D O M I N I D O M I N I

J A C O B I M A X I M I L I A N I S T E P I S C H N E G G

D E I G R A T I A

P R I N C I P I S - E P I S C O P I L A V A N T I N I , S O L I O P O N T I F I C I O A S S I S T E N T I S , C O M I T I O R U M
I M P E R I I A U S T R I A C I N E C N O N D U C A T U S S T Y R I E N S I S M E M B R I , S S . T H E O L O G I A E
D O C T O R I S

E T C . E T C . E T C .

PRAESULIS PIISSIMI

PATRIS OPTIMI

MAECENATIS MUNIFICENTISSIMI

IN

ANIMI GRATISSIMI

AC

VENERATIONIS PROFUNDISSIMAE

S I G N U M

FILIALI CUM DEVOTIONE

D. D. D.

E Theologia Fundamentalis.

1.

Ratio poscit revelationem, revelatio adjuvat et perficit rationem.

2.

Philosophia indigentiis humani generis religiosis perfecte satisfacere huc usque non valuit, nec unquam valebit.

3.

Pantheismus est Atheismus.

4.

Objectivam Religionis Christianae perfectibilitatem negamus.

5.

Tolerantiam dogmaticam ratio aequa ac revelatio rejicit.

Ex Archaeologia Biblica.

1.

Cosmogoniam Mosaicam recentiorum disquisitiones geologicae et observationes astronomiae non evertunt.

2.

Rationes festorum apud Judaeos non agrariae, sed historicae et religiosae fuerunt.

3.

Oblatio Melchisedechi incruento, victimae vero cruento N. T. sacrificio praefigurando inservierunt.

4.

Lex vetus non meram legalitatem, sed moralem probitatem inculcat.

5.

Genus mortis, quod Christus Dominus sustinuit, suppliciorum Romanorum ignominiosissimum ac crudelissimum erat.

6.

Salvator noster in eo loco fuit sepultus, ubi nunc ss. se-pulchri basilica conspicitur.

Ex Introductione in Libros Sacros V. F.

1.

Pentateuchus antiquitate cuncta gentium literaria monumenta superat.

2.

Theologumenon, quod מֶלֶךְ יִהְיֶה sub dispensatione Veteris Foederis tenet ipsum Filium Dei, argumentorum virtute commendatur.

3.

Librum Josue ab uno auctore fuisse scriptum defendimus.

4.

Authentiam Zachariae oraculorum C. IX—XIV valida eruditorum vindicant momenta.

5.

Apocrypha tum materiali tum formali suo a Canonicis Libris discrimine produnt originem spuriam.

6.

Opinionem IV. Esdr. XIV., Esdram divinitus illustratum omnes SS. Libros e memoria restituisse, ad fabulas referimus.

Ex Hermeneutica Biblica.

1.

Auctoritatem Vulgatae in rebus fidei et morum eandem esse ac textus originalis, propugnamus.

2.

Plenus sensus S. Scripturae solum sub positivo influxu analogiae fidei catholicae potest inveniri.

3.

Authentica interpretatio S. Scripturae scientificam minime excludit.

4.

Synecdoche et enallage frequenter in novo etiam Foedere adhibentur.

5.

In allegoriis et parabolis interpretandis a rebus intentis ea, quae ad imaginis ornamentum pertinent, interpres probe discernat.

6.

Acommodatione paedagogico-morali, nusquam vero positivo-dogmatica Christum et Apostolos usos fuisse, firmiter defendimus.

Ex Introductione in Libros Sacros N. F.

1.

Studii biblici Princeps et Patronus S. Hieronymus Doctor Ecclesiae.

2.

Codex Vaticanus B. praestat Codici sinaitico s.

3.

Evangelium S. Matthaei hebraice scriptum fuisse, firmis stauit antiquorum traditio argumentis.

4.

Maria Magdalene, mulier peccatrix, postea poenitens, et Maria, soror Marthae, una eademque est persona.

5.

S. Paulus et S. Jacobus in doctrina de fide et operibus sibi invicem haud contradicunt.

6.

Epistolam I. S. Petri Romae scriptam esse defendimus.

E Theologia Dogmatica.

1.

Adtributa ab essentia divina et a se invicem realiter discerni
haud possunt.

2.

Deus etiam potentia ordinata hominem ad statum superna-
turalem evehere, ut factum est, minime debuit.

3.

Homo corpore et anima ita absolvitur, ut anima, eaque
rationalis, sit vera, per se, atque immediata corporis forma.

4.

Indulgentiae a reatu poenae temporalis non tantum coram
Ecclesia, sed et coram Deo liberant.

5.

Beatissima Virgo sensu vero ac proprio θεοτόκος est.

6.

Quae matrimonio inest ratio Sacramenti, a baptizmo, non a
benedictione sacerdotis derivatur.

E Theologia Morali.

1.

Ratio humana vere et proprie fons doctrinae morum Christianae dici nequit.

2.

Lex naturalis dependenter a Deo, independenter a lege revelata obligat.

3.

In lege nova paeceptis convenienter addita sunt consilia, quae majus pretium meritumque paeceptis habent.

4.

Licet sequi opinionem vere probabilem de solo licto, relictia tutioni aequi probabili.

5.

Dari actiones ratione moralitatis indifferentes in individuo, negamus.

6.

Praeceptum est omnibus, tendere ad perfectionem his in terris possibilem, pro mensura gratiarum et conditione, ad quam vocati sunt.

Ex Historia Ecclesiastica.

1.

In historia ecclesiastica duo Ecclesiae momenta, divinum
videlicet et humanum, bene sunt distinguenda.

2.

S. Apostolus Petrus Romae qua Episcopus hujus urbis obiit.

3.

Afflictam conditionem suam Ecclesia graeca secessioni suaे
ab Ecclesia Romana adscribere debet.

4.

Urbanus VI. ejusque successores legitimi Pontifices erant.

5.

Ad abolitionem ordinis Templariorum machinationes regis
Galliae, Philippi Pulchri, plurimum contulerunt.

6.

Protestantismus parens exstitit Rationalismi.

E Jure Ecclesiastico.

1.

Ecclesia in exercitio potestatis suae a Gubernio civili non pendet.

2.

Episcopi potestatem jurisdictionis radicalem immediate a Deo obtinent.

3.

Lex residentiae, per Trid. sess. VI. cap. I. de Ref. et sess. XXIII. cap. I. de Ref. beneficiatis curatis injuncta, juris tantum ecclesiastici positivi est.

4.

Raptus, quatenus matrimonium dirimit, etiam in foemina consentiente committi potest.

5.

Matrimonium civile Christianorum in locis, ubi forma Tridentina viget, pro foro Ecclesiae nullum et irritum est.

6.

Ecclesia habet nativum jus, acquirendi ac possidendi bona temporalia.

Aus der Pastoral-Theologie.

1.

Zur Erzielung des so nothwendigen einheitlichen Wirkens in der Seelsorge sind die Pastoral-Conferenzen ein sehr geeignetes Mittel.

2.

Die Katholiken können eine Art von Jugendbildung sich nicht gefallen lassen, die von dem katholischen Glauben und der Gewalt der Kirche getrennt ist.

3.

Politische Fragen, welche Religion und die Gewissen der Gläubigen sehr nahe berühren, können und sollen vom Seelsorger auf der Kanzel Berücksichtigung finden.

4.

General-Beichten können auch schädlich sein.


5.

Unschätzbar ist der Nutzen, der aus der Beförderung des Marianischen Kultus entspringt.

6.

Der Seelsorger soll die kirchliche Kunst nach Kräften befördern.





23/28 1282(045)